Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

Nvm. 6. Ruthenium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

Visual Library

le Haut Quercy.	Cæſaris, *le puech d'Vxellon*, ad caſtrum *Martelas*. Gordonium: *Gourdon*, vbi olim minutum caſtrum. Rochemadurium: *Roquemadour*, vbi aſſeruatur enſis Rollandi in fabulis adeò decantati. Sulliacum: *Soüillac*, ad Garumnam loco peramœno ſitum. Figeacum: *Figeac*, ad Fl. *Sale*, Abbatia. Martellum: *Martel*, iuxta quod mons ad Duranium dictus *le puech d'Iſſouldun*, vnde hîc creditum Vxellodunum ab eruditis multis perperam. Marſiliacum ad Fl. *Sele*, *Marcillac*. Aceria: *Acier*, domus cultiſſima D.D. Vcetiorum.
INFERIVS *le Bas Quercy.*	MONTALBANVM: *Mont-Auban*, ad Fl. Tarnim *le Tarn*, antea Abbatia S. Theodardi, dicta Mons Aureolus. Moëſſacium: *Moiſſac*, Abbatia celebris. Nigrapelicium: *Negrepliſſe*, ad Fl. *Aueiron*, is Veronius dicitur Latinè. Francica: *Françoiſe*, in monte cuius pedem alluit prædictus Fl. Monpeſatium: *Montpeſat*, burgus peramplus & amœnus. Caſtellum nouum: *Caſtelnau de Mont Ratier*, ad Fl. *Lute*.

NVM. 6. *Rutenium*, le pays de Rouergue, le Rouerguais.

COMITATVS RVTENENSIS *le Comté de Rouergue.*	RVTENA: *Rodez*, ad Veronium Fl. *Laueiron*, cuius Campanile pulcherrimum: prope vrbem vorago, de quâ mira narrantur. Marciliacum: *Marcillac*, iuxta quod cauerna Rollandi. Albinum: *Aubin*, ſeu *Albin*, & iuxtà Mons *Cranſat*, vnde lithanthrax & ſulphur. Giola: *la Guiole*. Caluomontium: *Caumont*, Baronia celebris. San-Coſmus: *S. Coſme*, ad Oldum Comitis Claromontani.
MARCHIA	VILLA FRANCA: *Ville franche de Rouergue*, ad Veronium Fl.

INFERIOR *le bas Rouerguais, ou la Baſſe Marche de Rouergue.*	San-Antoninum ad prædictum Fl. *S. Antonin*, cuius pruna celebrantur. Saluaterra : *Sauueterre*, ad Fluuiolum *Leſert*, qui mox cadit in *Viaur*. Naiacum : *Naiac*, ad Veronium. San-Iuſtus : *S. Iuſt*, ad Fl. *Viaur*, qui mox labitur in Veronium. Rupirolium : *Roupeiroux*, in loco peramœno.

SVPERIOR MARCHIA *le Haut Rouerguais, ou la Haute Marche de Rouergue.*	MILIACVM, & Milialdum : *Millaud*, vbi Derbia Fl. cadit in Tarnim. Vabræ : *Vabres*, ad Fl. *Dourdan*. Sant-Iſericum : *S. Iſeri*, locus ſat munitus, vbi Epiſcopus ſæpe degit. Sant-Africa : *Saincte-Frique*, ad Fl. *Sorgue*, aliàs munitiſſima. San-Romus : *S. Rome*, cognomento *de Tarn*. Pons Camareti : *le Pont de Cameretz*. Rochia : *la Rogue*, locus munitus ad Fl. *Durbie*. Segurium : *Segur*, caſtrum firmiſſimum.

§. 2. *Occitania, ſeu Languedocium*, le Languedoc.

VNDE hoc nomen *Languedoc*, deriuatum ſit plerique ſomniant, quidam ſic dictā Regionem, quaſi Langothiam terram Gothicam, quia hanc Gothi olim occuparant, in quos Scaliger excandeſcit. Alij quaſi Langue-d'oc, quæ vox ſignificat *etiam*, quia ante aliquot annos erat duplex in Francia Regimen, lingua *Oui*, cuius caput Lutetia, & Lingua-*oc*, cuius ſedes Tholoſa, aut Monſpeſſulanus : quomodo autem ſceptro Gallico accreuerit ſenſim, noſtri conſulantur Annales : vbi ediſces ſub S. Ludouico Comitatus Tholoſanum, & Carcaſſonenſem, atque Vicecomitatum Biterrenſem Franciæ adiunctos : Narbonenſem ſub Ludouico XII. Montiſpeſſulani ſub Philippo Valeſio. Nunc in tres partes commodè diuidi poteſt, Superiorem, Inferiorem, & Cemenicam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN